



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Francisci Xaverii E Societate Iesv Indiarvm Apostoli  
Novarvm Epistolarvm Libri Septem**

**Francisco <de Javier>**

**Romæ, 1667**

Epistola VII. Eidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46129](#)

II  
ienti,  
e me-  
Majas  
er.  
  
NOVARVM EPIST.Lib.2. 107

quæ cum illo transegerimus , ex me audies .  
Faciat utinam Deus Dominus Noster ut in-  
de aliquid existat quo ejus obsequium promo-  
veamus . P. Franciscus Coëllius mittit ad vos  
Galeros duos . Propediem ut dixi acturus te-  
cum corām , quod his literis addam aliud non  
habeo , nisi consuetum votum ; ut Deus Do-  
minus Noster dignetur adesse nobis suā gratiā ,  
cujus ope ipsi fideliter serviamus . Vale . Nare ,  
Kal. Maij, An. CICICLIV.

Tuus Amantissimus in Christo Frater .

Franciscus .

EPISTOLA VII.

E I D E M .

C Arissime in Christo Frater . Scit ; quem  
nihil latet , Deus , quantō libentiūs  
aliquot tecum dies exigerem , quām pari  
spatio Tutucurini detinerer . Sed quoniam  
hīc mihi necessaria ista mora est componen-  
dis quibusdam controversijs quæ Gentem ,  
hanc periculosis inter se jurgijs committunt ,  
Te pariter & me convenit optatam utrique

con-



## 108 S.FRANCISCI XAVERII

consolationem mutui conspectūs , ingenti  
qnod ex istā pacificatione speratur ad Di-  
vinum obsequium , operæpretio postpone-  
re libenter ; & gaudere ibi nos esse , non  
ubi vellemus ; verū ubi Dei Domini San-  
ctissima Voluntas , & regni ejus ac Majoris  
gloriæ rationes postulant . Etiam atque etiam  
oro te , ne stomacheris miseræ isti Genti ,  
quocunque illa vel errore , vel lapsu bilem-  
irritet tuam . Scio esse molestissimam inter-  
pellationem avocantium à negotio in quo  
totus sis , ad sua , quæ una scilicet spe-  
ctant , commoda . Sed & istas importuni-  
tates concoque , sereno perfans animo : &  
occupationibus se undique oggerentibus te  
placidè commodans ; sic ut , quantum potes ,  
efficias ; quod supra facultatem præsentem  
est , æquâ mente prætermittas aut differas :  
interim quibus facto non potes , verbo ut  
satisfacias , curans ; blandè nimirūm excusan-  
do : haud te valere quantum velles ipsorum  
causâ ; & , quod plerumque non assequen-  
tes optatum , mulcet , speim pro re præben-  
do . Deo Domino Nostro multas gratias de-  
bes , & referas censeo , quòd te ibi posuit ,  
ubi , ne volenti quidem esse otioso liceat :  
adeo assidue plurima circumstant , certa-  
tim-



timique se in omnes horas quæ agas oggerunt:  
sed (quod jucundissimum laboris quantivis  
condimentum est) omnia talia quæ ad Dei  
Domini Nostri obsequium clarè pertineant.  
Mitto isthuc ad vos Petrum. Tu vicissim  
Antonium statim atque convaluerit, quod  
sex aut octo diebus futurum credebamus,  
fac ad nos destines. dedi ad Manuëlem &  
Cruce Epistolam accuratè scriptam, quâ eum  
& rationibus & precibus, vehementer ur-  
geo ad maturandam ædificationem Templi.  
quæ prima navicula ex ijs quas Tonos vo-  
cant, isthinc solvet ad nos, ei fac imponas  
huc perferendam meam capsulam. Expedi-  
tis quâm celerrimè licebit, negotijs quæ  
hîc sub manum sunt, avolabo ad te plus  
enim quâm fortè autumas cupio esse age-  
reque tecum pér aliquot dies. quæcum-  
que vel rei vel consilij te inopia presserit,  
eius me statim certiorem scripto fac. nec  
deesse Tabellarius potest, tam multis quo-  
tidiè ultrò citrōque commeantibus. Porta  
istam Gentem & tolera infatigabili longa-  
nimitate patientiæ, retrahendo à malo,  
promovendo ad bonum quantum potes. Tum  
si quos expertus, clementiâ & beneficio ad  
officium non allicis, tempus oblatum tibi  
puta



110 S. FRANCISCI XAVERII  
puta exercendi illius operis misericordia; quod in opportunâ castigatione merentium, nec nisi malo ad bonum adigi valentium, situm est. Deus te adjuvet, ut me quoque adjuvari ab eo cupio. Vale. Tatucurino pridie Idus Maij An. CCCCXIV.

Tuus in Christo Amantissimus Frater.

Franciscus.

## EPISTOLA VIII.

### E I D E M.

Cariissime in Christo Frater. Sabbato ve-  
spere perveni Manapareim. Obiter  
Combuture occurrentes confundarunt me  
tristissimi nuncij de Christianis Promonto-  
rii Comorinensis. Agi, ferrique, captivos  
ab ripâ miserós à Badagis. abductos plurimos,  
diffugisse reliquos in cavernas prominentium  
in mare rupium. Ibi fame ac siti confici.  
Illiuc Suppetias accurro, hac ipsâ nocte so-  
luturus cum viginti Tonis Manaparensibus.  
Ora Deum pro infelibus illis & nobis. Cu-  
ra praesertim ut Fueri Deo pro nobis preces  
offe-

